



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 72. Galli obsidionem solvere a Dunensi Comite compulsi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. brevem moram, conscensa navi, Croci-  
A. C. 1487. liacum contendit, ac inde adverso flumine  
 Nannetem usque revehebatur. Interea  
 vero Galli capta Plenermela Venetum ob-  
 sidione cingunt, eamque urbem nemine  
 obluſtante brevi occupant. Tunc primum  
 Britones sera licet pœnitentia suam, quo  
 in patriæ suæ sinum Gallos advocare de-  
 creverant, errorem deflebant; mox enim  
 die decima Junii Carolus VIII. copiis suis  
 Nannetem urbem obsedit, utque expe-  
 ditioni proximior esset, relicto Lavallo  
 Augenium usque processit.

*Foligny*  
*hist. Carol.*  
*VIII.*

Nannetes urbs erat amplitudine sua  
 celebris, & valido præsidio munita, ci-  
 vesque ad repellendos hostium impetus  
 obfirmati, cum potissimum eorum ani-  
 mos stimulare Britannicæ Ducis sui præ-  
 sentia, qui ipse præsidii imperium in se  
 suscipiens, obsidionis curas partiebat  
 cum Aurelianensi Comite, Arausionensi  
 Principe Covennarum Comite, aliisque  
 Nobilibus, qua Gallis, qua Britannis.

§. LXXII.

*Galli obsidionem solvere a Dunensi*  
*Comite compulsi.*

Eo tempore Dunensis Comes absens  
 erat, utpote ad Angliæ Regem pro  
 suppetiis missus, quas tamen advehere  
 haud poterat, eoquod adversante vento  
 in

in portum Macloviensem, unde solverat, <sup>Sæcul. XV.</sup>  
 jam tertio rejectus, ac bis ex cursu ad <sup>A.C.1487.</sup>  
 Britanniae oram propulsatus esset. Cum  
 tandem sexta vice navem conscendere pa-  
 raret, obvium habuit Burgundiae No-  
 thum, qui ad Comitem ex Romanorum Re-  
 gis exercitu mille quingentos milites ad-  
 duxit. Igitur Dunensis præter hasce sup-  
 petias, sexaginta ferme hominum millia  
 in Britannia inferiore, ubi ad famam de  
 eorum Duce Nanneti obsesso quivis ad ar-  
 ma volabat, tumultuarie collegit, his-  
 que copiis auctus, ad urbem progres-  
 sus. Attamen cum illæ ad disciplinam  
 militarem minime assuefactæ, armis ma-  
 le instructæ, belli experientia rudes, nec  
 hastam nec gladium versari edoctæ ef-  
 sent, Comes illas utpote ad expeditio-  
 nem plane inutiles reliquit, ex toto ex-  
 exercitu selectis non nisi sex exercitatorum  
 millibus, quibus nec non Flandrorum co-  
 piis munitus, Nannetem ingressus est e  
 regione, quæ *Fossa* nuncupatur, ubi  
 urbs præpediente Ligeri flumine ab ho-  
 stibus cingi non poterat. Eo facto Du-  
 nensis Comes exeunte Julio Galles urbis  
 obsidionem, quam incasso labore sextam  
 jam septimanam urgebant, solvere com-  
 pulsit; quapropter eorum exercitus ex-  
 pugnandæ civitatis spe frustratus, ser-  
 vato tamen militari ordine pedem refe-  
 rebat, & Clifsonium, Vitraeum, Do-  
 lum,

*Hist. Eccles. Tom. XXX.*

Z

lum,

Sæcul. XV. lum, aliasque tam exigui momenti  
 A.C. 1487. urbes occupabat, ut harum omnium expugnatio Nannetensis urbis felicitatem minime adæquare potuerit; hac enim capta Rex facili negotio totam Britanniam suis armis subiecisset.

Altera ex parte magis secunda Gallis adspirabat fortuna; Albretus enim, qui collectis tribus ceu quatuor armatorum millibus Britanno in auxilium accurrere parabat, a Candalio in itinere interceptus est, atque in arce Nontrouensi ad Lemovici fines cinctus, suas copias deditioe facta dimittere, ac Regi fidem imposterum servandam polliceri compulsus est. Sub idem tempus Cordæus, qui in finibus Arthesiæ copiis imperabat, Audomaropolim, & Theruanam dolo cepit, atque in loco a Bethunia non nisi media Leuca distito Philippi Cliviensis Ravesteinii legiones profligavit, ipsumque Philippum unacum Egmontio & Nassoviensi Comitibus, Bossutio, aliisque in captivitatem abstraxit. Maximilianus hac clade attritus, ab armis cessare, ac Wallonum Provincias Victorum arbitrio cedere coactus est.

§. LXXIII.

*Britanniæ Dux Rivenarum Marscallo reconciliatus.*

**A**dverso hoc fato Britanniae Dux alieni sub-